credentes habere licenciam abeundi. Vel ideo totum officium sub vna oracione completur. quia sacramentum baptismi in cristi passione cõsummatur. vel ideo dies hec in missa nõ in vespera terminatur vt cristus qui nos morte redemit sine fine laudetur qui est in secula benedictus. In quibusdam autem ecclesijs cantatur ps. Laudate dominum sine gloria. quia filius q̃ est tercia persona in trinitate nondũ scitur esse nobis redditus. Rursus muitantur neophiti ad laudem domini p ps. illuz. laudate. et ipsi se laudare respondent dicentes quasi vnus homo p se vel per alios. Magnificat anima mea dominũ. Hoc sabbatum pnulegiatum est quia in eo fuit ordines. cathecumini post baptizanẽ cereus benedicitur. et plures lectiones leguntur.

De festo sancte pasche diei.

Sequitur videre de festo paschali. de quo primo aliqua generalia premittemus. Consequẽter vero de nocturno huius diei officio. Postmoduz de diurno. aliqua supponemus. Siquidem tempus paschale significat tempꝰ illud. quod erit post diem iudicij. quando videlicet ad patriaz vite. quam p adam amisimus. deo ꝓpiciante regrediemur qua consideracione potest dici hoc tempus regressionis. quod tamẽ incipit in octaua. In hac autem die resurrexit dominꝰ que est mundi prima. et rediens ad caput est in octaua vt dicetur in ꝓhemio. vij. ptis. de qua dicitur in palipomenon in titulis psalmorum quã octauam sicut. vij. mũdi etates precedunt quarũ sex fũt viuenciuz. et. vij. dormienciũ et sic. vij. dies nostre recreacionis hanc diem pcedunt. sic quoq̃. vij. dominice a circũdederunt vsqz ad letare ihẽrusalem precesserunt quas interposita dominice passionis memoria. hec dominica octaue etatis represẽtatiua sequitur. in qua eciam repsentatur. q̃ sicut octaua est eadem cum prima. sic restituetur homo in idipsũ et ad id q̃ fuẽat conditus. ymo supra prime originis repabitur dignitatem et consequetur corporis et anime felicissimam immortalitatetem. Qualiter dominus tribus diebus et tribus noctibus fuit in sepulcro et qua hora resurrexit. Et qua hora debet dici officiuz matutinũ. ꝛc. quare hac die pascha celebratur. dictum est sub quinta feria cene domini. et sub sabbato sancto. Pane pascha. grecum nomen est. quod hebraice dicitur phase. quod latine transitus interptatur. secũdum bedam. non ergo dicitur pascha a passione. ex eo quia passim grece dicitur pati latine. sed dicitur a transitu. Et hoc primo secundum hystoriam ex eo q̃ exterminator angelꝰ videns sanguinem in foribus israelitarum ptransijt. nec eos percussit. Tunc eciam populus ex egipto trãsiuit id est exiuit. terciaq̃ die mare rubrũ ptransiuit. Secundo secũdũ allegoriam quia eciaz in hoc tpe transit per baptismũ ab infidelitate ad fidem. Tercio secundum tropologiam quoniam hoc tempore transimus per contricionem et confessionem de vicijs ad virtutes vt infra dicetur. Quarto secundum anagogem quia nunc cristus transijt a mortalitate ad immortalitatem. et faciet nos eciam transire. vnde in euangelio. Cum vidisset ihesus inquit. quia venit hora vt transiret de hoc mundo ad patrem ꝛc. Nominamus autem hanc diem greco et non hebraico vocabulo. licet lingua hebrea dignior sit tanquam mater. Primo ne in hoc videamur iudaisare. Secũdo ne in hoc imittemur quosdaz hereticos dicentes euangeliũ sine ceremonialibus non sufficere ad salutez. Ite vtimur greco et non latino vocabulo ꝓpter auctoritatez quoniam greca lingua antiquitꝰ rome. et in ytalia tante fuit auctoritatis. vt non soluz dies solemnes grecis nominibus nũcuparenẽ vt pascha pentecostẽ ypapanti. et epiphania. verũ eciam dignitates. vt apostolicus. patriarcha. archiepiscopus. episcopus et huiusmodi. Pidotus tamẽ dicit q̃ pascha vocabuluz non grecũ sed hebreum est. Et innocen. iij. dicit in quodaz sermone q̃ pascha hebraice. dicitur a phase q̃ est transitus. grece vero a phasim quod est passio. Augꝰ. dicit q̃ hoc nomen pascha. per diuinam disposicionem compactum est. ex hoc nomine greco passi e. quod passio interpretatur. et ex hoc nomine hebreo phase quod transitus interpretatur nam hec duo nomina cõueniũt in ꝗ nomine pascha. tam secundum significacionem quam secundum vocem. Secundum significacionem eiũ quoniam in passione cristi fuit eius trãsitus vnde merito hoc nomen habet intellectuz vtriusq̃ nominis. et est latinum. vt sic ex duabz linguis fiat tercia. scilicet latina. Et est hoc nomen pascha primꝰ declinacionis a neutri generis. quod solũ in tribus grecis nominibus inuenitur. scilicet pascha. manna et mãmona. Vel ẽ tercie declinacionis vt dicatur pascha tis. sicut dicitur fantasma tis. Vocatur autem pascha ipsa dies resurrectionis et eciam tempus a dominica in ramis palmarum vsqz ad octauas pasche. quia in dominica ipsa inducebatur agnus qui ĩ quinta feria immolari debebat. verumtamen secundum vulgi consuetudinem dominica in ramis palmarum dicitur pascha floridum. Feria sexta phase. hodierna ꝛo dies pascha. olim tũ proprie dicebatur pascha dies illa qua agnus immolabatur. Solemnitas pasche ant hoomasice dicitur solemnitas solemnitatũ eo q̃ ceteras solemnitates huius solemnitatis nobilitas antecedit. et omnes dies dominici fũt octaue huius festi. Vt dicetur in prohemio. vij. partis et in ea omnia leticie insignia ꝓponuntur. Templum quoq̃ mundatur a ornatur in parietibus quia in eis cortine et pallia extenduntur. et in choro dorsalia et tapeta extendũtur. et banchalia disponuntur. velamen eciam quod erat ãte crucem vel in altum dirigitur. vel remouetur. vel pꝰ altare ponitur. ad notandum q̃ prius

occulta modo sunt manifesta·altare quoq; suis ornamentis decoratur·vt in quibusdam eccle=
siis vexillis·que significant victoriam ihesu cri=
sti·crucibus et alijs·de quo et de velaminibus
trium colorum que hac die in tribus lectionibz
de altari remouetur·et de triplici ornatu mate
rialis templi dictum est in prima parte sub ti=
de picturis· Ministri quoq; ad decorem huius
solemnitatis se balneis prelauāt barbas et co/
ronas tondunt·capillos deponunt·vestes siue
cappas nigras deponunt et albas induunt·que
licet ad decorem fiant·ad spiritualez quoq; ho
minem referuntur· Non em̄ lauamur ad volup
tatem·sed ad significacionem vt scilicet per ex=
teriorem locionem corporis interiorem anime
debere fieri ostendam9· barbas et coronas ton
dere ē superfluitates· et vicia deponere capil
los super aures tondere·est·v·sensus corporis
ad seruiendum deo expeditos habē·nigros vestes
siue cappas exuere· est asperitatem penitencie
deponere·albas siue super pellicia induere·est
stolam immortalitatis firmiter expectare vel p
vestem albam significamus innocencie stolam
renatorum vel per hoc repræsentamus hodier=
nam apparicionem angelorum qui in vestibus al
bis apparuerunt· ¶ In hac sancta die nil quod
a sacerdote non fit benedictū comedere debem9
quia inimicus noster nūc nos magis satagit sup
plantare· Unde in quibusdaz locis quemcumq;
comedi debent ad ecclesiam portant̄ et in atrio
vel in vestibulo ecclesie cum cruce et aqua bene
dicta·et in vestibus sacris a sacerdote benedicū
tur· Hinc est quod hodie agnus a sacerdote bn̄
dicitur ad repræsentandum q; deus p moysen a
populum agnum comedi iussit·in figurā ihesu
cristi· cuius sanguine omnia primogenita sibi
de mundo redemit et angelo in nocte illa omnia
primogenita in egypto percuciente populum
suum seruauit agm̄ sanguine p̄notatum·agnus
autem secundum romanum ordinem non ad alta
re sed ad mensam benedicitur· ¶ In quibusdam
eciam locis benedicitur lac et mel in memoriam
eius q; dn̄s inquit patribus nostris abrahe·isa
ac· et iacob· Introducam vos in terrā fluentē
lac et mel· Nullus debet eciam vnquam aliquid=
comedere nisi prius saltem signo crucis facto·
vnde legitur in dyalogo·grego·pape·li·i·ca·
iiij· Quod cum quedam monialis iret per ortuz
lactucam sine benedictione comedit·et simul de
monem qui super eam erat suscepit qui multuz
illam vexauit· Nos quoq; vidimus in ciuitate·
Bon̄·puellam a duobus spiritibus immundis·
et malignis triennio vexatam· Cumq; a quodā
perito volente illos cum exorcismis et adura=
ciombus ab humano corpore pellere· interroga
rētur q̄liter corpus mulieris intrassent respon
derūt q; sedebāt in quodaz malogranato quod
ipsa puella comederat qui tandē virtute adui=
racionum nobis presentibus ab humano corpe
recesserunt· ¶ In quibusdam quoq; locis hac
die in aleis in natali·prelati cum suis clericis lu
dunt vel in claustris vel in domibus episcopali
bus ita vt eciam descendant ad ludū pilevel eci
am ad choreas et cantus per quod notat̄ liber=
tas decembrica quia antiquitus cō suetudo fuit
apud gentiles q; hoc mense serui pastores et an
cille quadam libertate fruerentur et cum domi
nis suis dominarentur et cum eis facerent festa
et comiuia post collectas messes·laudabilis tn̄
est a talibus abstinere· ¶ In plerisq; eciam re=
gionibus mulieres secunda die post pascha ver=
berant maritos suos·die vero tercia mariti vxo
res suas· Sicut et antiquitus licebat seruis do=
minos saltez in crimine adulterij accusare impu
ne· Hoc autez fit ad notandum q; debent semui=
cem corrigere ne alter ab altero hoc tēpore exi
gat debitum thori· ¶ Statutum est enim q; cuz
hac die communicare debeant tribus preceden=
tibus et tribus vel quinq; vel vij·sequentibus
diebus ab ampleribus vacent quod sumptum ē
a dauid qui cū pueris suis acceptur9 panes ꝓpo=
sicionis ait ad abimelech sacerdotez continuum9
ab heri et nudiustercius· ¶ Hijs tribus diebus
primis solenniter est feriandum·in sequentibz
vero licet viris ruralia opera que magis sūt ne
cessaria exercere·sed feminis non licet nere·nū=
quam autem choreas ducere·quia secundū gre
go· ¶ Melius est fodere et arare quaz choreas
ducere· Unde est q; hij singuli dies ꝓpria habēt
responsoria·ceteri vero in quibusdam ecclesijs
mutata in alijs tamē habent eciā vsq; in quin=
tam feriam ꝓpria· ¶ Fiunt quoq; apud quosdā
hoc tempore aquarum dimersiones·ne quia ho
mines vigilauerunt in quadragesima in hijs sā
ctis diebus dormire velint· ¶ Hoc quoq; notan
dum est q; pascha nostruz semper debet fieri in
die dominico·sicut statuit pius papa· et eciam
victor papa qui propter hoc concilium palesti
num conuocauit licet enim prius eodem die ce=
lebraretur·quia tn̄ quidam inde dubitabant an
gelos domini ad corroborandos illoruz animos
apparuit in habitu pastorali herme doctori pre
cipiens vt pascha semper die dominico ab om=
nibz celebrareē domin9 tū vere surrexit in die
vj·kalī aprilis· Nam passus est octaua die kal·
aprilis·videlicet in die tali in quali conceptus
est·siue in quali anm̄ciacio virginis per angelū
facta est·prout dictum est sub ti·de parascue·
¶ Celebrari eciam debet pascha in lunacione a
prilis quoniam in exo·precepit domin9 q; mē
sis ille primus haberet̄ et angn9 die decima q̄r
ta immolaretur· Unde victor papa dicit· q; pa
scha debet celebrari post quartamdecimam die
lunacionis aprilis qui est primus mensis secun9
hebreos vsq; in vicesimam primam diem eiusdē
mensis id est lunacionis· Loquitur ibi enim de
mense lunari non de solari quoniam in illa luna
cione est semper pascha vsq; ad vicesimam pri=
mam diem et vsq; ponitur ibi inclusiue· quoni
am includitur ipsa vicesima prima dies· Vult g̃

dicere victor papa·q̃ pascha non debet esse in
fra decimamquartam diem lunacionis aprilis·
nec post vicesimũprimum diem illius· Si enim
decimaquarta dies lunacionis est in die domini
ca ibi est pascha iudeorum· et dominica sequen
ti est pascha nostrum sez in vicesimapma die· et
hec lunacio quando qz incipit a marcio q̃ plene
in fine octaue partis dicetur· ¶ Ecclesia tamen
antiquitus celebret pascha cum iudeis quarta
decima luna primi mensis quocũqz die occurre=
ret· quem ritum sancti patres in nicena synodo
prohibuerunt constituentes non solum lunam pa
schalem et mensem inquirere sed eciã diem domi=
nice resurrectionis obseruare et ideo extẽdebãt
pascha a q̃rtadecima luna vsqz ad vicesimãpri
mam ut dictũ est ut sic et dies dominicꝰ nõ omit
teretur et in die resurrectionis dñi pascha cele
braretur et ꝗ pluribus de causis Primo ne eccle
sia videatur iudaisare et figuris iudaicis adhere
re· et in temporibus et ãms confidere· Secũdo
quia die dominica datuz fuit mãna a domino· p
quod significatur eukaristia id est panis ange
lorum· habens in se omne delectamentuz et sua
uitatem omnis saporis· vnde exo· decimasepti
ma die sex parent q̃ inferant vt sic dupluz quã
inferre solebant per singulos dies· et hec est di
es veneris· et ita die dominica datũ est mãna·
Tercio quia preceptum est comedere agnuz cũ
lactucis aggrestibz· et in azimis sinceritatis q̃
veritatis id est cum puro affectu et puro intel
lectu hoc est in veritate· Cristꝰ vero mortẽ no
stram destruxit moriendo· et vitam nostram re
surgendo reparauit· et ita patet q̃ in die resur
rectionis debemꝰ comedere angnum· quia tunc
incipit veritas vite nostre· Quarto nõ celebra
mus pascha nostrum cum iudeis· qui illud cele
brant decimaquarta luna· quia quãuis tunc im
molatus fuerit agnus· tamẽ incipit eius ymola
cio in sequenti die· quia tunc est tempus luctus
nec est tempus solemnizandi et ideo ecclesia di
mittit hoc vsqz ad tempus solemnitatis· quia
debet fieri cum solemnitate sicut dictũ est· Quin
to quia cũ cristo vult ecclesia celebrare pascha
suum Triplex enim pascha fecerũt iudei Primũ
in ramate quod interpretatur cõmocio tinee· per
hoc significatur primum pascha id est spiritua
lis transitus de vicijs ad virtutes ptineam enim
peccatum intelligitur quia sicut tinea consumit
pãnum imperceptibiliter sic peccatum animam
Quando autem peccatum cõmouetur in nobis si
ue amouetur p penitenciam fit iste transitus ¶
Secundum pascha factum fuit in syna· quod in
terpretatur mensa per quod significatur secun
dum pascha spirituale scilicet transitus de vir
tute ad virtutẽ· p quod restituitur homini sua
mensura attingendi celestia· Iste transitus fit
quando transimꝰ de virtute in virtutem· Tunc
enim accedit ad mensuram suam homo quoniaz
factus est vt sit socius angelorum· Primum p a
scha cristus non potuit celebrare quia peccatũ
non fecit· nec inuentus est dolus in ore eius· ne=
qz secundum· quia datus fuit ei spiritussanctus
non ad mensuram a tempore sue natiuitatis· ¶
Tercium pascha factum fuit in galgale· quod
interpretatur reuelacio· Istud pascha fit a nobis
quando transimus de mundo ad patrem· siue de
mundo ad celum et reuelarenẽ nobis omnia que
modo credimꝰ· Hoc pascha celebrauit cristus
p resurrectionem suam· quod nos celebramus p
decimã quartaz lunaz primi mensis post equinoci
um vernale quando dies incipiunt maiores esse
noctibus put dictum est sub sabbato sancto ¶
Sexta causa est quia de primo pascha vel secũ=
do non est gaudium multum· sed de tercio· vn=
de ij· rub· xvij· c· Non glorietur accinctus eque
sicut distinctꝰ· Septima quia ex iussione ange=
li monemur· pascha in dominica celebrare vt p
missum est· Quare hec q̃ cetera festa saluatoris
preter natale mutabilia sint· dictum est sub na=
li· Quando autem deberat pascha annũciari dic
tum est sub epphia· Porro considerande sũt que
dam huius pascalis temporis varietates· Sũt
enim· in eo tres septimane quasi ꝓprijs vocabu
lis nũcupate· Prima est paschalis· Secunda in
albis· Tercia expectacionis· Prima dicitur sãc
tificata· ꝓpter iustificacionem anime· Vnde et
quia homines per baptismum sanctificati· p to
tam septimanam illam vestem quam in baptis=
mo susceperunt deportant· que significat pri=
mam innocencie stolam· Secunda dicitur in al=
bis· Primo quia baptizati in sabbato sancto de
ponũt i sabbato i albis· albas stolas seu vestes
q̃s i baptismo susceperũt Per albas quidẽ inui
tur quales in presenti vita esse debeant· sez mũ
di· et qualia demiqz sint corpora recepturi· quia
sancti beatitudinem et gloriam possidebũt pro
ut dictum est sub sabbato sancto· Secũdo quia
hoc tẽpore illi qui baptizati sunt in sabbato ab
episcopis confirmati· alias albas stolas portan
vsqz ad aliud sabbatum solent· Communiter tũ
prior septimana vocatur in albis ꝓpter ange=
los qui in resurrectione domini in albis apparu=
erunt· vt premissum est et quia olim baptizati
illis diebus candidis vestibus vtebantur vsqz
ad sabbatum in albis· Et ꝓpter premissas eciam
causas dicitur sabbatum in albis vel quia mos
fuit antiquitus vt in ipso sabbato vestes ex to
to deponerent et albas induerent quod non fit
in sabbato sancto· ¶ Tercia septimana sez que
est post ascensionem dicitur expectacionis q̃m
am representat illud tempus quo apostoli ex=
pectauerũt aduentum spiritussancti quibus do=
minus dixit· Manete in hac ciuitate· q̃ expecta=
te vsqz duz induamini virtute exalto· Prima au=
tem septimana non protenditur nisi vsqz ad
sabbatum in albis exclusiue· et sic pasca sex dies
solum habet pro octauis· Septimana vero in
albis incipit sabbato in albis et terminatur in
alio sabbato et sic durat p octo dies· Octaua ve
ro ascensionis cum deberet terminari in quinta

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

feria ante pentecosten protendit vsqz ad pen
tecostē quia licet duo dies qui super fūt octa=
ue ascensionis possint in officiari ad missam a do
minica antecedenti·tamē ad nocturnos non ha
berent inuitatorium vel lectiones·vel respon=
soria·nisi ab ascensione domini acciperēt·Vnde
illi decem dies pro vna octaua reputantur·nec
mirum tum q̃ totum tempus paschale pro vna
reputetur octaua·q̃ similiter a natiuitate vsqz
ad octauam epiie de hoc dicetur sub dominica
post ascensionem·¶ Tempus autem paschale
vsqz ad pentecosten vocatur quinquagesima
quia continet quinquaginta dies p quod tem=
pus iubilei significatur vt dicetur sub pentec=
costen·Duas enim quadragesimas celebramus
cui numero additur decimus numerus·et fit qn̄
quagenarius·Primuz autem pascha in qua la=
bores et miserie huius temporis significantur·
vnde tunc ieiunamus et cantica leticie subtice=
mus·Secundum post pascha que significat st a
tum eterne felicitatis·et in ea temp9 glorie no
stre post hāc vitam representam9·tūc enim ab
omni labore quiescem9 q̃ in dei laude erimus·q̃
re tūc cantica leticie multiplicam9·q̃ iamua pe
nitentibus aperitur·quia nulli9 peccati impe
dium erit·Totum enim erit absorbtum a gloria
put in collecta huius diei habetur et dictuz est
in phemio huius partis·Nec ieiunam9·nec ge
nua flectim9·imo stantes oramus·Tum quia ñ
erit pro quo flectāt·sed dom9 dei gloria reple
bitur·Tum eciam vt libertatem quam nobis do
min9 resurgendo acquisiuit pfiteamur·Tū qz
mulieres ad monumētuz venientes·non flexerūt
genua·sed erecte inspexerunt in sepulcro·sicut
dicit ambrosius in fine luce·Tum quia secundū
eum in hijs quinquaginta diebus quibus domi
nus nobiscum fuit gaudendum est·q̃ iugis festi
uitas est in eis tanquam sit dies dominica·Tuz
eciam quia hoc tempus pascale significat octa=
uam resurrectionis·in qua nec ieiunabitur nec
genua flectent·sed pfectum gaudium omnibus
erit·¶ In festiuitatibus eciam beate marie·et
diebus dominicis et festiuis et in diebus pentec
costes·nisi in presencia corporis et sangui=
nis cristi genua flectenda non fūt·de hoc in qui
ta parte sub ti·de prima dictum est·q̃ sub sab=
bato post pentecosten dicetur·Genua enim in
ecclesia flectere cordis contricionem significat
Et est notandum·q̃ in genu flexionibus vtend̄
est oracione dominica·vel oracione quaz aug̃·
scripsit·seu approbauit scilicet·Deus propicius
esto michi peccatori·vel peccatrici·vel illa q̃
quidam sanctus heremita composuit·et docuit
taydem meretricem·docens illam quotidie ge=
nuflectere et in terram discumbere·oculos sur=
sū non attollere et dicere·Fili me psalmasti mi
serere mei deo·¶ Ceterum festiuitas pascalis eb
domodaria est·prout in ti·sequenti dicetur·In
paschali septimana salutare nos ad inuicem ꝫ
modo debemus scilicet resurrexit domin9·et sa
lutatus debet respondere deo gracias vel q̃ ap
paruit symoni·et postea debemus dare osculuz
adinuicem·in signum pacis et caritatis·vsus tri
hoc nō hz·Roman9 tū pontifex hac die missaz
celebratur9 cardinales·prelatos notarios q̃ fa
miliares suos·hoc modo salutat et osculatur et
eciam omnes premissi semuicem hoc modo salu
tant et osculantur·Salutans enim dicit·Sur=
rexit dominus vere·Salutatus et osculatus re=
spondet et apparuit symoni·¶

De nocturno officio huius festi

Sequitur videre de nocturno officio
huius diei·Incipit autem ecclesia in
uitatorium alleluia·Surrexit domi=
nus vere quinti toni propter quinqz
appariciones domini in illa die·que dicta sunt in
quarta parte sub·ti·de salutacione ad populū
vel propter quinqz sensuum reparacionem que
fit per resurrectionem·In quibusdam tamē ec=
clesijs dicit inuitatorium cum triplici alleluia·
et septimi toni propter quietē qui datur in re
surrectione apoc·xiiij·Ammodo iam dicit spiri
tus vt requiescant a laboribus suis et indige=
mus inuitatorio quia vie syon lugent eo q̃ non
fūt qui veniant ad solemnitatem Ymnus aūt nō
dicitur in quibusdam ecclesijs quia in resurrec
tione non cantabimus ymnos huius·sed in pla=
teis ihserusalem cantabim9 alleluia·vt habetur
ca·penultimo tobie·sed loco ymni cantatur al=
leluia propter spem quam habemus de gloriosa
resurrectione·Alie vero ecclesie cantant ymnū
quia semper laudandus est deus·et cantāt illū
ad terciam·sub duplici cantu videlicet vnū ver
sum sub vno cantu·et alium versū eiusdem ymni
sub alio·et vnum alciori voce quam alium·ad si
gnificandum duplicem stolam glorie·quam cri
stus assumpsit scilicet corporis et aie·¶ Tria
vero virtute trinitatis in qua est pfectio facta
est resurrectio·ideo dicuntur tres lectiones·
Tum quia soror nostra paruula est·et vtera ñ
habet·tum quia baptizati non indigent labore
quasi modo geniti infantes·de hac in sequenti
tractu dicetur·¶ Hac eciam die et hoc tempore
cātantur tres psalmi cum tribus antiphonis·
Observatur autem ideo iste ternarius numerus
Primo quia partitur hominibus propter pre=
dens ieiunium attritis·¶ Secundo ne neophiti
multitudine onerentur vt premissum est·Ter=
cio propter triduanam domini sepulturaz que
precessit dominicam resurrectionē·Quarto ad
notandum q̃ tria que dominus secunduz lucam
promisit in hoc seculo perficere·scilicet demo=
nes eicere·sanitatem perficere·et tercia die cō
fūmari in resurrectione cōfūmata fūt·Primum
operatus est dominus cum fecit vt relicta crea
tura rediremus ad creatorem·Secundum cum
per fidem nos sibi tanquam membra capiti vni
uit vt de eius spiritu viueremus·¶ Tercium cū
in hoc conformauit nos·ne laberemur vel consu
macio est nostra resurrectio·Hec eciā in nostra

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf